



**Comicarum fabularum Georgii Macropedii duae, Rebelles
videlicet & Aluta : pueris tam ad eruditorum, tum ad pios
mors non parum profuturae**

<https://hdl.handle.net/1874/421188>

2 3

COMICA RVM FABVLARVM

GEORGII MACROPEDII

*duæ, Rebelles uidelicet & Aluta: pueris
tum ad eruditionem, tum ad pios
mores non parum pro
futura.*



COLONIAE excudebat Ioannes Gym
nicus, Anno M. D. XL.

COMIEA

RYM LAHARVA

GEORGI NACORER

GEORGI NACORER

GEORGI NACORER

GEORGI NACORER

GEORGI NACORER



GEORGI NACORER

GEORGI NACORER

AD PVE

ROS BONARVM LITE

rarum studiosos.



Olebam iamdudum studio-
si adolescentes nugas meas,
quarum nonnullas ante an-
nos uiginti teneris meis audi-
toribus scribere cœpi, prorsus
supprimere. Verum extimulantibus amico-
rum nonnullis, & chalcographo importu-
nius sollicitante, uestris quoq; me studijs
præcipue impellentibus, ædere tandē co-
ctus sum. Miratur quidam, & ipse profecto
doleo inter tot seculi nostri uiros doctissi-
mos, nullos Menandros, nullos Terentios
reperiri, sed hoc scribendi genus penè ab
ipsis Terentijs, aut certe Lucilij temporibus
obliteratum esse & antiquatum: quod tamē
præ cæteris scriptorum generibus pluris me-
ritò foret æstimādum. Quid enim plus pue-
ris ad eruditionem, plus adolescentibus ad

honestæ studia: plus prouectioribus, immo
omnibus in commune ad uirtutem condu-
cat, quàm docta Comœdia: quæ rectè ab
alijs, quotidianæ uitæ speculum, ab alijs imi-
tatio uitæ, speculum consuetudinis, imago
ueritatis, ab alijs ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν
πραγμάτων ἀκίνησιν περιουχὴ definitur. Cō-
siderauit hoc seculi nostri & Germaniæ de-
cus Ioannes Capnion, de omnibus litera-
rum studijs bene meritus, qui præter hoc
quod linguam Hebraicam primus Germa-
niæ inuexit, etiam collapsum prorsus artifi-
cium comicum primus instaurauit. Is mihi
primus (ut uerum fatear) ansam scribendi
dedit, is me primus excitauit. Si præter eum
alijs ante me scripserint nescio, hoc scio quod
alios non uiderim. Scripserunt interea non-
nulli quibus non infeliciter res cessit, alijs car-
minis iambici legibus obseruatis, alijs mini-
me. Maluerunt liquidem hi Terentium &
Plautum imitari, metri etiam exacta ratio-
ne neglecta, singulos ferme æqualium tem-
porum cum Iambo & Spondæo in singulis
indifferenter pedes admittentes, quàm pro-
xime possent ad prosam accedere, quàm li-
berta-

bertatem comicā metro fringere. Id quod
& mihi primum faciendum arbitrabar, ut
pleriq; uersiculorum meorum propter rasu-
ram durius cohærentium testabuntur. Ve-
rum ut carmen responderet præceptis scho-
lasticis, & iuuentus (sicubi res postularet)
syllabarum ex eo quantitates aucuparetur,
lyricorum carminum legibus obtempera-
re studui, admissis tamen interim more co-
mico omnibus quæ ad hanc rem conduce-
re poterant, nempe synalæphis episyndæ-
phis, hellenismo, ecthlipsi, etiam interdum
literæ s: atque hoc genus alijs adiuuentis.
Ad quod me quoq; ueteris comædiæ arti-
ficium induxit, in qua lyrici carminis leges
exactius multo obseruatas, quàm in no-
ua deprehendimus, licet interdum Anapæ-
stus in regione pari admissus sit. Accipite
igitur adolescentes duas has (ne dicam Co-
mædias) fabulas nostras, Rebelles, & Alu-
tam, & in eis non tam aurium uoluptatem
quàm eruditionem quantulamcunque ue-
namini. Quod si eas uobis placuisse uide-
ro, mox alias quatuor Asotum, Petriscum,

Andriscam, Bassarum, & fortasse plures
paulò cultius elaboratas uidebitis. Valet,
& Macropedium uestrum non se-
cus atq; soletis obserua-
te, aut si id info-
lentius uide-
tur, ama-
te.

PERIOCHE

SEV ARGVMENTVM
IN REBELLES.



Idascalum matrum per indulgentiam

Spernunt rebellantes scholastici duo.

Hinc lusibus luxu ac dolore perditam,

Furto reprehensus ut erq; morti addicitur.

Verum horula necis imminente nouissima,

Didiscalus uirga receptos liberat

Preda satanum faucibus subito cruta,

Fit matribus gnatisq; magnum gaudium.

Dramatis personæ.

Prologus cum Morione.

Philotecuium mater.

Cacolalia mater.

Dyscolus scholasticus.

Clopicus scholasticus

*Aristippus didascalus.
cum discipulo.*

Gaulus leno.

Labrax leno.

Iudex

Pompus nuncius.

Lorarij duo.

Lorcaballus diabolus.

Marlocappus diabolus

Bromius caupo.
Melancia ancilla.
Dromella ancilla.

Chorus ex Aristippie
et scholæ auditoribus.

R E B E L L E S

PROLOGVS CVM MORIO.

Iambici trimetri.

Vos qui tulistis huc pedem adolescentuli,
Scholaribusq; disciplinis hæctenus
Silentium didicistis, animaduortite.
Videbitis prædire scena tertia,
Huc in proscænium scholasticos duos.
Adhibe animum quicumq; dyscolus es, tuis
Quoq; obstrepens didascalis, quia admodum
Nunc in tuam rem proloquar: Scholasticos
(inquam) duos quos prodituros dixeram,
Cernetis in rem pessimam producier,
Quod sit rebellis uterq; præceptoribus.
Hæc pauca de argumento eodem proloqui
Me iussit, huc qui misit author fabulæ
Quasi Prologum. Ast ego ut imperator histricus
Dictator actus et choragus comici.
Plureis quod huc confluere quàm speraueram
Aspicio, paucis uos uolo monerier.

Pro

Pro singulis cuiusq; & ordine & gradu
Edicta & interdictiones histricas
Moderabimur. Scio nanq; quàm sit futile
Iussum, quod indiscretius mandaueris

Primum omnium diuitibus impero, suo
Qui iure præ alijs occupant sub sellia,
Ne cæteris petulantiores sint, & ijs
Agant licentius, qui humi abiecti sedent.
Nam comico choragio ne obolum quidem
Supererogant. Quin & monendos cenſeo.
Ipsos eosdem pauperes, qui etſi domi
Cibario uix pane uictitent (Mor. cho
Prol. Tace) & oleribus, bletis quoq; inſipidis, ta
men

(Si occasio ſuat) uel in ſpectaculis
Acs prodigunt, uel improbe abliguriunt.
Ehem, à ſcopo paulominus aberrauero,
Impendijs ſi derogauero pauperum,
Nam ludios pauper beat plus diuite.
Tenacitas nam diuitem nihil ſinit
Impendere. itaq; adefte cum ſilentio,
Pauper, lacer, miſer, piger, ſcaber, glaber.

Qui nobiles eſtis, & ab alto ignobilem
Deſpiciſtis hunc uulgum, duplum ſi impenditis,
Dignam quidem ordine ueſtro agetis rem, ſed &

Faxo altius sedeatis olim & honestius.

Audite tamen ignobiles, nobiles his
Præstare si uolueritis gradu & ordine:
Crumena nostra turgeat, faxo probe
Plus omnibus laudemini & honoremmini.
Nihil histrio hic discriminis nisi nummi habet.

Hinc rudibus impero imperator comicus,
Inducite animum, ut colligere ualeatis hoc
Ex mytho epimythion, alioqui aderitis hic
Sine fruge, inutili & ego fungar munere,
Vobis quidem haud mihi, ære si infarcibitis
Loculos meos. Et eruditioribus
Dico, tumultuantibus si actoribus.
Obrepperit aliquid, quod illepide fiet
Prolatum, & imprudenter exhibitum, palam
Ne irrideant, indulgeant aurem, boni
Quoq; consulant, gratis quod ipsis præstitum.
Stribiligo enim tumultuantibus accidit
Nonnunquam, Homerus & interim dormituri.

Vos quoq; senes moneo, uigilate alacriter.
Nescitis enim quantum obsiet lethargus aut
Veteranus hic rebus studentibus arduis
Tandem quoq; iuuentam admonendam censui
Et maxime omnium puellos sordidos
Matrum suarum delicatos pusios

Vos

Vos (inquam) adeste garruli non garruli
Loquaculiq; non loquaculi. agite. Mor. chem
Pro. Taces' ne Morio? cauedū, adest choragus. Mor.
Prol. Adeste uos (inq̄) quieti atq; uigiles. (han
Ne fabulamini, ne stertite ante uel
Retro, neq; immoderatus ridete, nec
Discurrite, & (dicam ut semel) iam aduortite,
Ne huius choragi in uos crepēt mox cottabi. Mo. st̄
Prol. Non ero alius, nec me amodo hic uidebitis
Ego abeo. Mo. ego maneo. Pro. mane. Mo. manebō,
abi.

ACTVS I. SCAENA I.

Iambici trimetri acatalectici.

Philotecuium sola.

CVM aetatis huius & peracti temporis
Rationem habeo, considero haud me paucula
Paschalia edisse oua, nam rugosa fit
Cutis, genæq; flaccidae, canis quoq;
Respersa tempora. quin & ipse filius
I Tam natus annos quindecim, puellulam
Me pernegat. Sed neq; parum accelerant mihi

Gratum

Grauem hanc senectutem, graues cura omnium
Rerum domesticarum, & inmitis iugum
Mariti, & ingens prolium curatio.
Quibus locupletandis honestandisq; diu
Noctuq; peruigilo. Nam ob isthuc Dyscolum
Gnatum meum, qui grandior natu est, scholis
Pridem docendum tradidi: ut mirum in modum
Proficeret, id si liceat (heu) per improbam
Didascalorum amentiam, qua tenerior
Pueri cutis diuerberatur, & eadem
Est omnibus crudelitas doctoribus:
Quasi sit rigore docendus haud clementia.
Id usq; sensi à primo ad octauum ultimum,
Quibus omnibus mores iidem & par rigor.
Liuentibus nam clunibus semper domum à
Scholis puer reuertitur, uicibusq; ~~uicibusque~~
Ostendit (heu) magistri amaritudinem.
Tentabo tamen & hunc Aristippum, uirum
Quem ab omnibus doctum audio probarier,
Et philosophum & rhetora, pientis quoq; animi, ut
Sine uerbere dialecticum atq; rhetorem
Eum faciat, is nanq; casus, tempora,
Et alia Donati rudimenta (ut ferunt)
Iamdudum ad unguem callet. Ut si fata me è
Medio ferant, habeat puer uitam suam

Qui

Qui suaue, molliter, & honeste transigat.
Verum absq; consilio Cacolaliae nihil.
Sed commodum, eccam, obambulat mihi eminus.
Morabor usq; dum appropinquet, & alloquar

ACTVS I. SCAENA II.

Trimetri ut superiores.

Philotecutum. Cacolalia.

EST ne hæc Cacolalia mea quæ mihi obuia est?
Chæra admodum cognata, salue, te uolo,
Te quero, ades mihi tēpori. Caco, quid amabo id est
Quod tantopere quæritas? si paruulum ad
Me nuncium cognata mitteres, ego ad
Te ultro aduolarem, sed quid est? Phil. necessitas,
Me huc appulit. Caco. Pol magna ea est necessitas
Quæ te labori itimeris adigit tam graui.
Phi. Profecto magna, haud te fefellit dictio.
Cac. Ego quæ sit auguror. Phi. Deo soli agnita
Arcana cordis tu augurari possies?
Cac. Scio inquit. Phi. uis de marito dicere,
Qui uespere hesternò uiuenti uerbere
Coxas mihi scapulasq; liuidas dedit?
Cac. Isti huc uolebam, eoq; propero ad te modò
Cognata

Cognata, solatura te in casu tuo
 Sinistro. & ut pexi caput uiro meo
 Tripode indicatura. Ph. Ah. Cacolalia si foret
 Tantum mihi animi. At ista omitte, quia aliud
 Iam te uolo. Cac. quid? dice. Ph. narrabo tibus
 Tibi uerbulis. Cum te uasfro ingenio sciam,
 In re ardua ut te consulam, & prudentia
 Vtar tua huc concessi. Cac. enim prudentiam
 Nullam mulieri adscribier uolunt uiri.
 Phil. Nugas agunt qui effuciant huiusmodi.
 Heu cogimur, quæ debili sexu sumus,
 Complura probra ab improbis pati uiris.
 O utinam ut orbis, sit perinde mobilis
 Et sexus. Hunc quem conspicias gnatum meum
 Dialecticum fieri ac disertum rhetorem
 Percupio, ne si ego moriar, ipsum perpeti
 Contingat inopiam, aut mori infelicititer.
 Tamen absq; consilio tuo nihil uolo.
 Cac. Percupio & ego iam dudum in hoc ipsum qui
 dem
 Gnatum meum horas collocare pauculas.
 Sed iacta nondum est alea: oportuna ades.
 Ph. Bene est, sed heu cognata, ubi doctorem eis
 Mitem, suauem, & amabilem nanciscimur?
 Qui lenibus uerbis, flagris non acribus

Doccat

Doceat eos? flens memoro Cacolalia, toties

Molliculam ad usq; sanguinem gnati cutem

Diuerberatam, pereo si rursum accidat.

Cac. Interminabimur uiro, ne eiusmodi

Præsumat, alioqui abstulerimus liberos.

Ph. Recte, nec ego quidem aliter arbitrata sum

Sed ubinam cum ualebimus nanciscier?

Cac. Sat doctum ad eadem Hieronymo sacrã ferunt

Mitemq; gymnasiarcham habere. nosti cum?

Ph. Quid est illum Aristippum senem fronte tetrica?

Cac. Etiam. Ph. satis honestum ac peritum istunc fe-
runt.

Cac. Adeamus hunc, sistamus & ei liberos.

E fronte spheristerij gnatum meum

Vocauero. Heus tu Clopice, ades dum, sequere me.

SCAENA III.

Trimetri ut superiores.

Clopicus, Discolus.

Congerro salue. Dys. saluus esto Clopice, num

Fauit tibi fortuna læta in compito?

Clo. Fortuna? pereat ipsa & eius complices.

Loculos

Loculos enim, cultros, stylosq; perdidit.
Sed obsecro quid me auocat mea genitrix?
Dys. Quid? ad scholas reducimur, philosophia
(Si dijs placet) simul instruendi. Clo. apage schola
Vt carcerem hunc ludum horreo. Sed tum quid est?
Si numalis crumena turgeat quid est?
Dys. Aut uerbera aberunt aut fugam capeferas
Vbi talionem reddidero scio nanque quid
Vtriusq; decreuit parens. Clo. quid obsecros
Dys. Vt absq; uerbere doceamur expetunt.
Clo. Sine uerbere? Dys. ita. Clo. sine uerbere? Dys.
absq; uerbere.
Clo. Ohe deum immortalem, ut est stultissima
Materna mens, nobis tamen ut accommoda,
Sed iam gradum sistunt, sequamur ultro, ne
Nos arguant coram magistro ignauie.
Pulsare tentant ostium, properandum erit.

ACTVS I. SCAENA IIII.

Trimetri ut superiores.

Cacolalia, Philotecuium, Aristippus,
Codrus.

HEus heus ubi estis uos: magister est domi?
Arist.

Aristip. Quid hoc mali? quis tam improba pulsat
manu.

Nostras fores, Ph. Salue magister. Aristip. idem
tidem

Salute uos matronæ honestæ, quæritis

Me? Phi. querimus. Aristip. quid indicaturæ? Phi.
lo. uides

Præceptor has proles? Aristip. uideo. Phi. has adduc
imus

Tuæq; sollicitudini committimus

Vt philosophos facias eos mihi. Arist. scilicet.

Ph. Et rhetoras, capis? Ar. capio. Ph. sine uerbere

Ar. Tyrunculos fidei meæ quos sistitis,

Tuabor ac docebo tanquam proprios:

Et queso sinite me regere iuuenulos.

Doctrinam adhibeam & disciplinam ut decuerit.

Ph. At fiat hoc suauius, uerbis pijs

Et blandulis, minime flagellis asperis.

Ar. Iuuenibus ego noui quid omnibus expedit

Stimulo haud opus? currentibus. rem ipsam mihi

Committite. Ingrediantur ad gregem. Co. tre.

Co. Hem. Ar. duc eos ad classem utrūq; suā. Co. licet

Ph. Vale magister longum, habeto curam ad hos,

Dignum recepturus labore præmium.

Ca. Sed audim? Ar. ausculto. Ca. caue mēbra tenera

Diuerberes, aliàs malè audies. Vale.
Ar. Valete. Dæmonium sua mater filio est.

ACTVS I. SCAENA V,
Iambici dimetri acatalectici.

Lorcaballus, Marlocappus.

HEus Marlocappe adesdum ohe.
Mar. Quid Lorcoballe nactus es?
Lor. Audi nouam rogo fabulam,
Vnde haud parum nobis lucri
Mar. Ah, dic, quid est? ah dice sis
Lor. Rogas? hebes, brute, stolide,
Non cernis ut Philotechnium
Et Cacolalia gnatos suos
Contradidere literis
Mox imbucndos optimis,
Sine ferula, sine mastyge?
Sultissimæ mulierculæ
Et se & suos in retia
Nostra implicabunt filios,
Si industria assueta utimur.
Vtemur autem, in latibulis
Si delitescimus, rei

Quoq;

Quoq; exitum animaduertimus

Mar. Non musitandum latius,

Quid factò opust' modo suggerere.

Lor. Subreperè in cauernulam hanc

Agunda agamus clanculum:

Mar. Rectè mones. I præ, sequar.

Lor. Tu mage præ i, quo ego cautius

Seriem rei intuear. Mar. licet

CHORVS.

Iambici dimetri acatalectici.

MAtrum per indulgentiam
Gnatorum et insolentiam,
Furta atq; parricidia.

Persæpè consequi solent.

Solomonis est prouerbium,

Si quis tener dimittitur

Suæ uoluntati puer,

Confundet is matrem suam.

ACTVS II. SCAENA I.

Iambici tetrametri seu octonarij.

Dyscolus, Clopiceus.

OHercules, ô Clopice mi, ô quàm industrie iam
cua simus

Didascalus minas. at ut in nos creparent cottabi,
Si exactius præceptor inquireret ad unguē singula,
Nam præter anuum fabulas, nihil egimus seu didi-
cimus.

Dictata nanq; quæ fuerunt, amissa sunt uel rupta sunt.
Cl. Pol ulmei iamdudum uterq; essemus & instar sca-
bræ ouis

Perluidi. At hoc tempore has nates semel subdu-
ximus.

Si liceat ad crebro, quid optabilius aut iucundius?
Non puto quod is nos audeat ueritus parētes cedere
Sedeamus hic parūper, & linquamus has curātib;.
Curas graueis. Dysco. linquamus, at quid interim tra-
ctabimus?

Nam quicquid id fuerit, sine strepitu oportet ut fiat.
Clo. probe

Fallamus oculos intuentis nos, pari numero obolos
Libro inferamus, sortiamur deinde cuius nostrum
erunt

Vt nos didascalus putet dicenda discere. Dysco. non
placet

Conditio, nam sortiri ego ignoro. Clopi. docebo te,
tu eris

Primus, sequensq; ego tertius. Dysco. Cl. ista con-
cedentis est.

Dysco.

Dys. Est, at caue ne subdolos suas. Cl, tua igitur pri
ma fors,

Mea residuas. Dys. licet. inserui obolos, reuolue pi
ginas.

Cl. Primus, secundus, tertius: Primus, secundus, ter
tius,

Primus, secundus, tertius: Primus, secundus, tertius.

Dys. Sors nulla adhuc. Clo. primus. Dys. mea est, fœ
licioreme fore hæc

Probat. Clo. secundus, tertius, sed hæc mea est. Dys.
pares sumus,

Clo. Primus, secundus, tertius, mea hæc quoq;. Dys.
hui. Clo. primus. Dys. nihil.

Cl. Secundus, hæc mea, tertius. primus, secundus,
tertius.

Dys. Eheu. Clo. mea est. Primus, secundus, rursus
hæc mea est. Dys. tua est?

Clo. Mihi uendico. Dys. tibi uendicas? Clo. sic inquo.
Dys. quidum nepos?

Cl. Huiusmodi conuenimus pacto, ut tua esset prima
sors.

Sequens mea atq; tertia. Dys. factum nego. Cl. at
ego assero.

Dys. Mentire Clopice, an tu putas mihi nullum inesse
se cerebrum, ut hanc

Sortem tibi duplicem, mihi autem simplicem permit-
terem?

Cl. Sibi quisq; semper pro uirili nititur, Dy. uis red-
dere, an

Non, te rogo, quos furatus? Clo. hem, furatus ô tri-
furcifer?

Dys. Furatus es. Cl. furatus ô nefande? Dys. ita est.
Cl. pol non dabo.

Dys. Dabis, alioqui extorsero pugno, unguibus uel
dentibus

Clopi. Extorseris? cera manus compaginatæ sint
mihis?

Dys. En hoc uolebas? Clopi. cæderes? pol ego, secun-
do si audeas

Dys. Scelestè, furcifer, meū nō redderes? sic discito,
Sic discito, sic discito sic discito, sic discito,

Per dolum aliena rapere. Cl. do, dimitte me. Dys.
cedo statim.

Cl. Meretrinc, scelerate, perfide, accipe tuam rem,
atq; abi.

ACTVS II. SCAENA II.

Octonarij quadrati, ut superiores.

Aristippus, Clopicus, Discolus.

Quid istud est? hoc cine opus est scolasticorum,
ludere

Per

Per sortem, & hinc certare pugnīs, et capillos
uellerē?

Cl. Cæcidit hic præceptor optime me prior. Dysc.
mentiris hoc,

Scelus, rapueras mihi teruncios dolo, quos reddere
Procax negabas. Clopi. iure ludi acceperam, sed
reddidi:

Cum cædere haud desineret. Dysc. haud te equidem
cæcidissem, dolo

Ni sustulisses nummulos meos. Arist. Sat est uerbos
rum, eos

Prehendite, introducite, ut certaminis palmam se
rant.

ACTVS II. SCAENA III.

Iambici dimetri acatalectici

Lorcoballus, Marlocappus

Vidistin' heus tu Marlocap.
Hec gesta per duellium?

Mar. Ita filij nostri solent

Præsentē nobis ludere.

Lor. Adhuc moremur paululum,

Multo his uidebis pluria

Sed audin' Mar. hem. quid audiam?

Lor. Per cerberum tu obtusus es

Audis ne qui cancellitant?

Mar. Hæc nostra plane cantio est,

Ceduntur acribus flagris.

Age concinnamus filijs.

Lor. Placet, canamus altius,

Diapente nostrum exaudiant.

Vterq; Oue o ue o ue o ue

O bone magister o ue o ue.

CHORVS.

Iambici demetri.

Sapientis est sententia,

Difficile peruersos suis

Fore corrigendos moribus,

Stultos quoq; innumerabiles.

Nihilominus didascalum

Decet suo (si postulet

Res) fungi honesto munere,

Malos subinde cedere.

ACTVS III. SCAENA I.

Iambici trimetri acatalectici.

Dyscolus

TE propter hæc sum Clopice passus innocens
 Clo. Scilicet, adhuc plagis tuis ego liuidus
 Te propter excoriabar ultro, & es innocens?
 Te Iuppiter male perimat, si pergis hoc
 Modo loqui. *Dys.* Mittamus hæc nepos, satis
 Vterq; uapulauimus. Nunc matribus
 Nostris queramur uoce flebili, & plagas
 Monstremus illis, quas didascalus ferox
 Nostra intulit carni tenerimæ. bonast'
 Occasio, qua liberi hoc ergastulo
 Agamus amodo homunculos bellos. Clo. placet,
 Pereatq; carnificina nostra hæc fulmine:
 Vbi nil sonat, nisi flagra, cædes, lachrymæ.
 Valeat Aristippus senex, trux carnifex.
Dys. Eamus hinc. -----

ACTVS III. SCENA II.

Trimetri ut superiores.

Cacolalia, Clopicus, Dyscolus.

----- **Q**vos eiulatus audio
 Foris? tua uox Clopice resonat gnate mi?
 Clo. Eheu. Cac. quid est fili unice, ecquid eiulas?

B S Dic

Dic matri . Clopi . an ego non eiulem? an ego non
fleam

Mater repetitis qui tot ictibus, miser
Diuerberatus sum? en quibus uibicibus
Nates tumescunt liuide . Cacola . quod hoc (ma-
lum)

Crudelitatis est genus? pape, deum
Deum (inquo) immortalem, ut hic laceratus est,
Flagrisq; dilaniatus est, Dic Dyscole
Et tu quid eiulas? tun? & percussus es?
Dys. En acrius multo miser, miserrimus
Perinde in innocuos, ut in scædos canes
Grassatus est latro. Cac. quid ergo criminis
Obiecit innocentibus? Dys. nostros liberos
Dum euoluimus didascalus superuenit,
Dicitq; contēdisse nos, & percitos
Ira inuicē pugnasse. Cacolali. uos? Dysco. quod ne
quidem

Nos cogitauimus. Cac. O diabolicum caput,
O tetricam frontem. inuicem pugnasse uos?
Dyscol. Pugnasse. Cacolal. conctiunissimos? Dyscol.
nil arctius.

Cac. Silete dum, atq; ingredimini tantisper huc,
Dum currere ad Philotecnium ne ptem queam,
Et omnibus de his certiozem reddere.

ACTVS III. SCAENA III.

Trimetri ut præcedentes.

Philotecnium, Cacolalia.

IN somnia hac sub nocte uidi, quæ die
 Toto hæsitabundam dedere me haud scio
 Quid ipsa portendant, meo male suspicor
 Gnato. Sed eccam Cacolalia uenit obuiam
 Et concito properat gradu, iactans manus
 Secumq; disputas, uereor qmine malo huc
 Veniat. Quid est cognata quod celeras gradum? &
 Quo tendis iter an indicatura aduolas
 Mihi dira et infœlicia? ut pueri ualent?
 Sani ne sunt? Cac. Philotecnium ô Philotecnium
 Præ lassitudine mea & iracundia
 Vix hiscere quæo, ut ad rogata spondeam.
 Ph. Amica chara istuc quid est? Cac. dolor heu dolor
 Vtriq; nostrum. Ph. heu me miserrimam, est male
 Gnatis ut ominor absq; causa haud tristior
 Per somnium mihi gnati imago apparuit.
 Cac. Non est uiro illi humana mens, sed beluæ,
 Cui liberos commisimus. Phi. quid audiam?
 Cac. Rogas? adusq; effusionem sanguinis.
 Lacerata cuticula est Ph. perij cognata, iam

Penè

Pene occidi, factum bene est, quod filium
Meum domi tuæ esse iusseris, ne cum
Cogar uidere ita uisceratum innoxium.
Cac. Longa est mora omnis, tota nanq; excandea
Per deos, d: asq; iuro & omnia
Terræ poliq; & inferorum numina,
Quod uindicabo me hoc die hac de iniuria.
Ita unguibus tetricam uiri notauero
Frontem, ut minus nihilo exarata appareat,
Quam prolium clunes. Ph. ita decet, ita expedit,
Ostendam & ego conuicijs & cædibus
Quæ qualis aut quanta ad siem sophistria.
Ridebo lachrymas, si licebit cædere.
Eamus. At quid cernimus? papæ, ohe, hui
Cognata, prodit obuius scholasticis
Cinctus sophista perfidus, flagris quoq;
Instructus acribus, timeo mihi quoq;.
Cac. Vt tu tremis, duæ sumus. Ph. sed mulieres,
Redeamus obsecro proles tuerier
Cac. Nescis sacramento obligatas nos? Ph. scio, at
Valeat sacramentum, pauore contremo.
Comminxero cognata me, nisi redeas.
Voltum horreo intuerier, iam heu proximuss?
Cac. Maledicta sola si ingero, nihil hinc mali.

ACTVS III. SCAENA IIII.

Trimetri

Trimetri ut præcedentes.
Cacolalia, Aristippus, Philotecium.

Prodi nefande sophista, prodi sordide
Philosophe, Aristippe impudens, monstrum ferum.
His unguibus malas tuas conuulsero.

Prodi. Arist. Quid est mulier? quid adeo seuites?
Quidnam mali comerui? Cac. an etiam tu id rogas?
An non pudit in filios nostros te ita

Baccharies? Ar. quid factum in illos dic mihi.

Cac. Nescis scelestes, trifurcifer, fera belua?

Ar. Demiror unde te furor tantus habeat.

Dic age quid actum prolibus. rationem ego

Reddam omnium. Cac. rationem ad hæc reddas mihi?

Reddas diabolum latro, qui gnatum meum

Tam immaniter cecideris, sine crimine.

Ar. Sine crimine? Cac. etiam dico prorsum innoxium

Ar. Quam innoxius nouere condiscipuli, & hæc

Cohors scholastica. Sed sine oro me eloqui

Præfagium infallibile. Vestra amentia

Vestraque solarum fit indulgentia

Vtrumque perire per licentiam, cruci

Tandemque diræ destinatum tradier.

Cac. Non me capio nunc præ furore spiritus.

Demens cerebrum hoc suggerit tibi fulmine,

Tibi

Tibi furijs, tibi tartaro dignissime,
 Philotecnium cognata nostros liberos
 Suspendio prædestinariet? Arist. te contine
 Muliercula ne quid temere, abi, ne plus mali
 Tibi concias, abito dum. Phi. hem Cacolalia,
 Ne cæde neue uellica, res res monet
 Plorare mage q̄ cædere atq; utinam mihi
 Licuisset in cute propria ipsas perpeti
 Plagas & unicum redimere filium.
 O saxeum pectus, teneris quod artubus
 Tot irrogare ualuerat plagas. Ar. Caue
 Gnato & tibi muliercula, ne breui accidat
 Plus calamitatis, cui absq; me haud medeamini.
 Siste lachrymas misella, siste lachrymas.
 Philotecni. Quam barbara, impia, dira mens, quæ
 lachrymas
 Mihi inuidet. Profecto amara pignora
 Nondum suis pro natibus osculatus es,
 Tibi docendū tradidi gnatum meum,
 Non laninandum. Aristip. ego corrigendum acce
 peram
 Non enecandum. at patibulo abstrahendum. Cacola.
 ut hic
 Scelestus usque patibulum? Aristip. hui, quid hoc (ma
 lum)

Dæmen

Dementia est? cedat uirum me scemina?
Prehēdite has & introducite, ut acriter
Diuerberentur, quo temerē nihil agere
Discant. Ph. bone magister, Cacolal. bone magister.

Ar. bonus

Iam factus est qui sorduit modo? Sternite.

Ph. Nostro pudori consule magister bone.

Cac. Abire bone praeceptor obsecro nos sine,

Cauerimus amodo. Ari. Valeant meretricae. Ph. heu

Me, ut turpius pudefacta sum. Cac. uah philosophe

Imus, reducturae haud tamen tibi filios.

Ph. Eamus, & dato utriq; mox peculio

Mercatui applicemus, & ualeant scholae

Cac. Fiat, nam id optimum arbitrata sum, prius

Quam tu mihi suggesteris, ualeant scholae

ACTVS III. SCAENA V.

Iambici dimetri acatalectici

Lorcoballus, Marlocappus.

PPaedixeram ne ut accidat,

Tum matribus stultissimis,

Tum filijs nequissimis?

Mar. Profecto Lorcobal, probe.

Nonisti

Nouisti ubiq; fallere.
Lor. Tace, tace, iacebimus
In hoc litibulo callidi.
Laqueos meos mox incident,
Dum acceperint crumenulam,
Et bibere & esse & ludere
Lenonibus cum perditis
Et improbis occiperint
Tantisper esto peruigil,
Dum in hisce castris excubas.
Mar. Noli timere Lorcubal,
Oppandi ocellos stipite.
Ne mus quidem hinc euaserit,
Aut passer auolauerit.

CHORVS.

Iambici trimetri ut superiores.

Nihil est profecto seuius,
Nihil impudentius, nihil
Magis improbum muliere mala
Si occasionem nacta sit.
Ignis, mare, fera belua
Tria mala sunt, at peior his
Mulier, sed & nocentior

(Si conseras) cacodemone.

ACTVS IIII. SCAENA I.

Iambici trimetri acatalectici.

Dyscolus, Clopicus.

VT nunc tu Clopice placeo ensiculo hoc nouo
Penuario? Clo. Egregie ense, tunica, pileo.
Phalatus es mi Dyscole, at crumenula
Vt sese habet? num turgida est? Dysco. plena admo-
dum. en,

Centum aureis refarsit hanc matercula.

Clo. Id optimum. iuxta tuam sonat & mea.

Valeat philosophia, ualeant scholastici

Ludi, antron hoc ualeat, ubi non nisi uerbera

Et ciulatus perpetim ingens personant.

Dys. Valeat Aristippus boni omnis emulus.

Olim meminero quod intulit matri & mihi.

Clo. Hæc curiosa sunt. eant curæ graues.

Indulgeamus & gulæ, & genio, & iocis.

Mercatum abisse nos putent mulierculæ.

Nos contra in hanc tabernam eamus, cuticulam

Curemus Cerere, Baccho, & epulis splendidis.

C

Proo

Properemus, en caupo foreis tenet. Dys. assequor.
Sed audim' Clo. hem, Dys. absq; Venere semper frigidum est

Solatium. Veneres oportet adsient
Formosulæ atq; comptulæ. Clo. rectè id quidem
Tu. Eamus, hoc ex ordine parasitico,
Iam quispiam mittendus est, qui accersiat.

ACTVS III. SCAENA II.

Senarij iambici ut superiores.

Clopicus, Dyscolus, Bromius.

Salue Bromi. Dys. Te perduat Bromius. Clopi.
necet

Te Iuppiter, quid commerui scelus? Dys. rogas?
Ostentu haberi se putabit hospita,

Quod eum hoc salutas nomine. Clopi. hem conuicium

Non est, quod hospitam uocaris, qui hospes est?

Dys. Non sexus rationem habebam, maxime

Præ animi mei ægritudine. Clo. ego quid dixeram?

Dys. Bromium uocaueras. Clo. Bromium? Dys. Bromium. Clo. equidem haud

Rationem habebam nomine, præ maximo

Brom

Bromij appetitu. Ceterum hic mihi dicier
 Bromius uidetur, quod uocabulum hoc explicet
 Vultus hilarior. Bro. Ha ha he, bene est, re & nomine
 Bro mius uocor. Dys. quis tibi sathanum pessimus
 Id suggerit? Clo. non uerbulo uno id explicem.
 Salue Bromi. Bro. saluete, adeste. quid libet?
 Clo. Ientariet, num obsonij est aliquantulum?
 Bro. Sat est, lauate, sedete, abunde apposucro.
 Pinguem anferem, pernas, tomacula, & satis
 Bromij optimi, qui e poculo saliat suo.
 Cys. Sed caupo. Bro. quidnam factopusti? Dys. Curan
 dum erit.
 Bro. Curarier quid uolt? Dys. duæ Veneres uti
 Accerseantur. Br. quo? Dy. huc. Bro. cho uos fœ
 minas?
 Dy. Bacchus quid est sine Venere? Br. nihil per Iouē
 Domi meæ est qui rem probe curauerit.
 Dys. Fiat probe, nos interim spaciabimur.

ACTVS III. SCAENA III.

Iambici trimetri ut superiores

Labrax, Gaulus.

Venusta duo me Caupo poscit scorta, sed
 Magno meo infortunio haud est integrum.

Ea exhibere hoc tempore, ad alium mihi
 Migrandum erit. Stat ecce porro Gaulus, is
 Mihi ultro conueniendus est. Aliquantulum
 (Si fors uolet) lucri ex eo corrasero.
 Libet obiter auscultare quid loqui occipit.
 Gau. Ob crapulam hesternam leuare uix caput
 Queo, ita obrutus, ita mersus, ita sepultus, haud
 Mirum tamen, qui æs omne meum & edi & bibi.
 Reliquum est nihil, discrutior hei miser leno:
 Tam quæstus hic muliercularum exiguus est.
 Lab. Heus tu. Gau. hem, quid est? & cuius uox prope
 me sonat?
 La. Salue sceleste. Gau. Saulcam impurissime?
 Totum æs uorauit, quæstus est nullus, dolet
 Mihi occipit Labrax, & aduersa omnia.
 Labr. Præsidium adest in proximo. Gaul. nondum
 liquet.
 Sed perge. Lab. Afotici duo adolescentuli
 Scorta expetunt uenusta duo, sed commodum
 Vel integrum non est mihi, locanda ea tibi
 Permitterem, si usura mihi respondeat.
 Gau. Responderit, stipulare honeste, quid dabo?
 Labr. Sex aureos. Gau. sex per Iouem & Venerem
 dabo.
 Sed ubi exhibebo? La. in proximo œnopolio.

Gau. Curabo, tu operire. La. sint formosula. Gau.
Erunt, at ubi te repereris? La. hoc loco. Gau. placet.

ACTVS III. SCAENA III.

Iambici trimetri quadrati.

Melancia, Dromella, Clopicus, Dyscolus.

Sedete dum iuuenes, adest obsonium. Curre
soyus

Puella, profer e penario cito sex integros
Similagineos panes, eosq; candidos, audin? Dr. licet.
Clo. Heus tu nigella etiamnum e id curet, magis te
candicent,

Melancia appellariet uidere tu, nam praedita es
Fuscidine admodum uenusta. Dys. iterum auguraris
improbe.

Dromel. Me castor illa nomine e re fuscula est, Me
lanci,

Nam dicitur niuis instar, ecce candidi panes, modo e
Cellario depromitur Bacchus. Valet, uiuite.

Dys. Dic Clopice e istius puellae nomen, an Laca-
na sit?

Clop. Si e hic mihi liceat augurariet, Dromellula
dicitur.

Drome. Tetigisti acume castor, en uinum. ualete,
uiuete.
Clo. Semel Dromella bibas oportet. Dro. scilicet.
Clo. quin ebibis?
Dromel. Licet propino tibi adolescens auguri pri
mario.
Quia breuitate gaudio. Dys. gratum est. Dro. uale
lete, uiuete.
Dyscol. Si huiusmodi forent puellæ, quas modo du
ctarier
Poposcimus, pol respuendæ non forent. Clo. pol non
forent.

ACTVS III. SCAENA V.

Octonarij quadrati ut superiores.

Labrax, Gaulus, Cauo.

PAratan' omnia quæ ad Venerem opus sunt?
Gau. parata. Lab. eamus hinc
Intro haud parum est nobis lucri accessurum ab ado
lescentulis,
Doli inscijs, qui uix adhuc ferule manus subduxe
rint.
Ga. O utinam id alma Venus faucat hoc pacto enim
mea uulnera

Sanare

Sanare possiet. Sed ecce spectitat caupo foras.
La. Salue Bromi, num adhuc uales? Bro. adhuc. Sed
ubi nam scorta sunt?
La. Vespri aderunt tam comptulæ puellæ, ut ipsam
Cypridem
Putes. Bro. ita uolueram, ingredimini, & asidete si
placet.
Lab. Nobis lubet, placet modo adolescentibus. Cro.
contamini.

ACTVS III. SCAENA VI.

Trimetri ut superiores.

Labrax, Gaulus, Dyscolus, Clopicus, Melancia.

Iubet alma Venus saluere uos uenusti adolescens
tuli. Dysc. Præstantius nihil est salute, identidem
saluere eos

Volumus, salutē qui imprecatur cōbibonibus probis
Accumbite modo placet, pari symposio & argens
to pari.

Labr. Pol æquus propositio, perplacet, sedemus, at
unde uos

Venistis? Dys. indigenæ sumus quidem, & animi cau
sa egredi

Lubitum est, & experiri auemus plura, eris diuites

Sumus, animi nec impotes. Gau. mage uos trahat for
tuna, quam

Negotiatio uidere licet. Societas sit eadem

Vtrisq; nostrum, edamus & bibamus, atq; hominu-
culos

Bellissimos agamus, haud erit uoluptas, cuius hic
Non plus satis sit copia. Clopi. ohe. uterq; id expe-
tesimus

Gratissima est uestru utriusq; societas nobis. Sed est
Gau. Quin dicis? Clo. ubi sunt quas poposcimus, puel-
la uenereæ?

Gau. iam iam hic eruat sub uesperam. Clo. mea qui-
dem ex sententia

Ludamus interea mouentes tædia. Gaul. hercle per-
placet.

Profer puella uina, profer tesseras, audistin? Mel-
hem.

Clo. Hec tu Melancia tesseras serocyus. Melan. cõ-
cipite eas

Referte dum satisti. Dysco. satis? nunquam satisti
amantibus.

Mel. Haud quaquam eidem ferela & alex quadrant
buccæ, auferam

Bellaria hæc. Cl. Tolle ut frui queamus libere.

Gau. ut

Perfundier queamus æthere, discon hūc sistā foris,
Deponite id pro quo uelitis ludere. Dys. decē aurcis
Gau. Deponite (inquam) en hic decem nostri. Dys.
en decem nostri quoq;

Gau. Iuppiter adesto & alma Venus.

Hæc nostra fors est, Senio.

Dysco. Placet. Gaul. Venus iuuuet, ecce Senio, mea est
pecunia.

Clo. Secundo idem fiat, duplum deponimus. Gau. fiat,
ut & hic

Iactus beatus sit, iuuuet Venus, ecce denuo senio. Clo.
Mea denuo est quaternio. Gau. si fors uolet nos uiu-
cimus.

Bis unio. Clo. bis binio. Gau. Bis ternio, ecce senio.

Nos uincimus, nostrum est peculium. Clopi. triplum
deponimus.

Gau. Esto, mea fors quaternio. Clo. mea senio, foeli-
citer.

Gau. Fœliciter semper cadunt tali Iouis, quaternio
est

Mea fors, mea est pecunia. Dysco. tua pestilentia im-
probe &

Impure leno. Age decuplū deponimus. Ga. deponite

Dysco. Vestes & addimus, ego lusero. Iuuuet Mercu-
rius, aut

Maledictus ille, cuius auspicio sinistra singula.

*Sors nostra Senio Gau. en. Dys. tua impudice ternio
est. Gau. ita est.*

*Dysco. Fœliciter, cecidere prospere, mea est. Gau.
mentire tu*

*Quidem triuerbero, ut dij te omnes superne con-
crement,*

*Num ternio & quaternio senarium tibi collocant?
Dysco. Hanc uendicauero mihi, aut putridis tuis ex
carnibus*

*Concidero frustratim, & auibus partiar, ad arma
Clopice.*

*Lab. Si cæde agendum, nos uiri sumus etiam:
Gaule age uirum,*

Ignauī & imbecilli adeste, state, turpis est fuga.

*Clopi. Vestram fidem. perimus. O dij, nudi foras pro-
pellimur.*

*Heu Dyscole infœlicitati extremæ adacti iã sumus.
Decus periit, æs perditũ, spoliata uestis, sed quid est?
Præter rapinam nil relictum, si placet, furto aut ne-
cem*

*Celerem, aut beatitudinem nobis paremus plusculam
Dysco. Placet utiq; , eamus quo rapit fortuna, nam
quibus in bonis*

Idem fuit, par est quoq; fore idem in malis consortiũ

Gau.

Gaul. Iam nos adepti sat lucri, litemus almæ Cypri
di, &

Rhânsiæ, quæ pessimū mibi uortit in statum optimū.

La. Litemus illi, si uelint studento furtis pessimis.

ACTVS III. SCENA VII.

Iambici tetrametri catalectici, aut septenarij.

Villanus, Clopicus, Dyscolus.

NVM tempus est surgendi, & ad forum? aſt
adhuc pauliſſer.

Clo. Villanus ille Dyscole eſt ignobilis uæcorſq;

Cui ratio parua inquit iniquitatis irrogata,

Laffus quieſcit ſarcina abiecta ſub arbore illa

Quid factopuſt? Dyſ. ſpoliandus eſt hac ſarcina, aut
paratum

Sibi ſentiet malum. Clo. Viden? Dyſ. quid uolt uide
ri? dice.

Cl. Dormire ruſticū uiden? Dy. uideor uidere ſtertit

Proſecto. Clo. noſtra eſt ſarcina, pede preſſim at ac
cedendum

Adeſto forſ fortuna, adeſto Mercuri omnis

Furti & latrocinij pater. Circumſpicio ne quiſquam

Nos obruat, circumſpice. Dyſ. nulluſt, adi ſilenter.

Putaf

Putas ne tollet incio uiro? pol abstulit, nec
Vir ipsius experrectus est. Cl. sors optima est, beabit
Nos usq;. Nam centum aurcos telam hanc ualere ar
bitror

Abeamus hinc quantocyus. Villa. profundius quam
tutum est.

Hic stertui, heu tela haud adest, heus ohe quo uos
tandem

Proripitis aut quo curritis? state illico, uos quero.

Dysco. Caue sis reclamites. Villa. reclamitemne uos
nebulones

Furesq;, qui totam mihi abstulistis istam telam?

Dysc. Nos telam inepte nos telam tuam? Villa. meam
uos telam.

Dys. Ne dixis inquam. Villa. reddite. Dys. ita que
rentibus telam (Villa. Heu me.)

Reddimus. abi. alioqui ensibus concidimus te. obmuti

Reuertere in uiam tuam. Abijt ille, nos petamus

Bromium quidem nostrum, erimus accepti adseren
tes predam.

Villa. Quid agam miser, nisi Præses hanc restituat
inuocatus?

Hunc optimum est accedere, & rei ordinē explicare

ACTVS III. SCAENA VIII.

Iambici trimetri acatalectici.

Dysco

Dyscolus, Clopicus, Bromius.

Saluto Caupo. Bro. gratus est uester mihi
Reditus, onusti adestis. Clop. fors fortuna adest
Bene cessit hic mercatus & sceliciter.

Br. Liquido uidetur, ingredimini, iam opipare &
Suaue cœnaturi. Clo. ita uolumus. Br. sequor,
Per Herculem hanc telam alicui imbelli uiro
Nunc abstulere ui doloue pessimo.

Tandem per hos (si Præses id rescierit)
Traducar in malam crucem, sequar tamen
Clausisq; foribus libere bacchabimur.

Quod si resciscat Præses, ipsi uiderint.
In me puto nil deprendet noxiæ.

ACTVS III. SCAENA IX.

Senarij ut superiores.

Lorarij duo, Bromius, Dyscolus
Clopicus, Villanus.

Nec ipse Caupo innoxius, quid conscium
Se criminis testatur ultro, ut auribus
Audiuimus nostris, & obdit se ostio.
Sequamur & pulsemus impigri & acriter

Caupo

Caupo Bromi caupo. Brom. hem, quid importu-
nus es?
Quis es? Lora. aperi ostium. Bro. licet. Lora. quos
hospites
Habes? Bro. duos iuuenes. Lo. probos an improbos
Rogo. Brom. improbos haud comperi. Lora. sistite
gradum
Nequissimi, nobiscum eundem ad praesidem
Dys. Quamobrem? Lora. haud modo fandi locus.
Dys. non ibimus
Gladio magis decernimus. Lora. simus uiri.
Clo. Cluente licet me enecas, nos dedimus.
Lora. Huc huc manus post terga in has manicas.
Clop. chea.
Lor. Concedite huc. Causam tuam uide Bromi
Exactius iam examinandam iudici.
Tu rem tuam Villane cape. Vill. habeo gratiam.

ACTVS III. SCAENA X.
Iambici dimetri acatalectici.

Lorcoballus, Marlocappus.

NVM argutule haec instruxeram?
MAR. Doctissime quidem acta res.

Lor.

Lor. Consilio & artibus meis
Abiere leuo tramite,
Per compita, atq; deuia.
Post tesseras & aleas,
Sublato & ære & uestibus.
Fures modo deprensi eunt.
Segniter an executus est
Id Lorcoballus Marlocap.?
Mar. Haud segniter quidem, proin
Res nostra Diti accepta erit
Lor. Spectemus hinc sagaciter,
Cum addicti erunt suspendio,
Ne spiritus sursum euolent
Mar. pro natibus id curandum erit,
Lor. Brutissimus tu dæmonum es,
Te alio docebo tempore,
Quod res modo alia postulet.

CHORVS.

Iambici dimetri ut superiores.

VT omnibus sic maxime
Iuuenibus aurum est omnium
Lernæ malorum, quo semel
In uicia præcipites ruunt.
Vnde lachrymæ, cædes, furor,

Adulte

Adulteria, scortatio,
Furtum, dolus, periurium,
Nisi abusus pecuniae?

ACTVS V. SCAENA I.
Iambici trimetri acatalectici.

Philotecnium, Cacolalia, Pompeus.

Cordis mei aestus me mouent misere
Cacolaliam, ut congratulari liberis
Nostris queamus libere qui cum in scholis
Pueri forent, repente facti sunt uiri.
Heus cacolalia ueni foras. Caco. ueniam lubens
Pom. Moue moue celeres pedes ô Pompe. nam
Res ipsa monet. Has literas binas mihi
Iussere duo iuuentuli ob sua scelera
Iam internecandi, mox suis dare matribus.
Nam si fuit dilatio, actum est de gula
Illorum & anima. Cac. quidnã habes quod indices?
Phi. Consulimus pulchrè utraq; nostris liberis.
Cac. Pulcherrimè, sed prætereat hic nuncius.
Phi. Nil oberit hic sermonibus nostris, eat
Cac. Ne forte nos petat. sinuamus paululum.
Pom. Quas hic duas mulierculas prope intuo
Confas

Confabulantes, sunt ea quas quærito.

Nam garrunt stultæ suis de liberis

Stultissime, sane cucurri prospere.

Has alloquar. Phi. cognata nos petit. Cac. sile.

Pom. Saluere plusquam iam potestis uos uelim

Matronæ honeste. Phi. atat, heu, quid ominis hoc

feret?

Caco. Nihil hic mali imprecatur, heus caue tres

pides.

Pom. Has literas duo filij uestri mihi

Dedere, uobis ut darem quantocytus:

Ne quæso consiernamini. Ph. heu Cacolalia,

Heu filius captus meus. Cac. quin & meus

Clopicus nefandæ destinatus est neci.

Phi. Me sustine Cacolalia, interij, occidi.

Supreme iuppiter opitulare miserrimis

Pom. Querulationibus haud opus, curate dum

Cito ferre suppeticas, periculum in mora est.

Phi. Deest spiritus, deest animus ô Cacolalia,

Reminiscor heu sero quod Aristippus mihi

Præfagio prædixerat uerissimo.

Cacola. Sero sapimus miserrime. Pomp. hæc missa

facite.

Curate quo redimi queant. Cacola. quid factio

opus?

D

Pom.

Pom. Scholastici fuere? Cac. dudum & haftenus
Ferylam didascalii subiere. Pom. solus hic
(Si qua est ferenda) opem feret. Properate ad hunc.
Valete. nam me adesse oportet praesidi.

ACTVS V, SCAENA II.
Iambici tetrametri quadrati.

Philotecnium, Cacolalia, Aristippus, Puer.

O Quis Deus terrae poliue propicius hunc
nobis dabit

Virum Cacolalia? Caco. male merita sum de eo, tu
adito eum.

Ph. Ego sola neutiquam ausim. Cac. eamus igitur,
atq; supplices

Oremus optimum uirum, quo iniuriae immemor,
ferat

Patrocinium, miserebitur fors nostri & auxilia
bitur.

En ipse obuius. Ph. Vir optime, quem quidem indi
gnæ sumus

Precarier, miserere nobis destitutis undiq;

Hominum deumq; refugio. Arist. hei resurgite, &
Deum optimum

Ter maximumq; solum adorate, ecquid est quod
uultis dari?

Phi. O dolor, optime, liberi nostri atq; discipuli tui
heu,

Ob furta capti sunt, neciq; improprie tra-
diti.

Arist. Hoc mulier est quod dixeram certissimo du-
dum omine.

Phi. Hec credidi sero. Arist. quid ergo uultis ut fa-
ciam? inquite.

Cac. Pietate flectere quæsumus. Nostris
malis mala meruimus,

Dementiam nostram tua sophia uincat, atq;
filios

Nostros receptos libera. nam si uelis, uirga id
potes.

Arist. Quo iure dic mulier, cum uterq; manum meæ
subduxerit

Ferula? Ph. per hoc caput obsecro concede, quia
nunc imminet

Stata hora crudelis necis, timeo mora sit discri-
mini.

Ar. Tamet si haud meremini, ibo uobiscum, atq; oues
(ueluti meas)

Queram uagabundas. Philosophia docet omnia

hæc mala

*Pietate uincere. Date uirgulam. Pu. hem. Aristip.
præite ego subsequar.*

*Phi. Ad hanc uiri clementiam meus reuixit spi-
ritus*

*Cacolalia. Cac. ô utinam adfit, heu nostros uideo pro-
ducier*

*Ph. Iam deficit animus, labascunt omnia
artua, nullus est*

*Sensus. utinam adfit, heu moriarier & sedere cogi-
mur.*

ACTVS V. SCAENA III.

Tetrametri catalectici, uel septenarij.

Lorarij II. Captiui II. Iudex.

I*udex tremende obnoxios furto hos duos mali-
gnos.*

Adducimus, ut sententia mortis in eos prolata,

Qua iudicati sunt, neci tradantur extimæ, atq;

Hæc ciuitas nostra expietur sceleribus prauorum.

*Iud. Quò hæc ciuitas, pagi q; & omnis regio libe-
retur*

Calumnijs furtis q; flagitijs q; sceleratorum, &

Vt

Vt agricolæ sudore partis libere uti possint
Noctesq; tranquillâs agere, iustum & pium arbi-
tramur,

In paruulum animaduortere improbum gregem, ne
dum per

Ignauiam nostram sit impunita iniquitas, mox
Syluescat omne per licentiam malum. Hac de causa
Hos impios & facinorosos, quos Deus donauit
Frustra tot amplis corporis animiq; dotibus, mortis
Sententia damnamus, & crucis ultimo plectendos
Pronunciamus supplicio. Lor. paremus. Iud. excu-
quantor.

Clangat tuba. Lor. Heus uterq; se commendet
omnipotenti.

ACTVS V. SCAENA III.

Iambici dimetri.

Lorcoballus, Marlocappus.

HEus Marlocap. Mar. hem Lorcobal.

Lor. Audin' sonum illum buccinae?

Mar. Audio, quid is sibi uult sonus?

Num se parant uenatui?

D 3 Lor.

Lor. Ha ha barde, stupide, O morio,
 Vtriusq; ad exequias parant
 Sese omnium celeberrimas,
 Præterea & in laqueum aucupes
 Nostrum implicabunt turdulos.
 Nunc strenuum sathana age.
 Caue animæ ad æthera transuolent.
 Alui obside tu ualuulas,
 Viam ipse seruem gutturis.
 Mar. Euaferit mihi neutiquam,
 Circumspice exitus tuos.
 Hebetudinis me Lorcobal
 Coarguit frequentius,
 Veruntamen uictoria
 Mihi cesserit uel hoc die.
 Nam qui laqueo dum stringitur
 Gaula, transitum menti parat
 Plutonis ingluuiem auidam
 Ego solus exatur auero.
 Tuba intonat secundo, adest
 Triumphus & spectaculum.

ACTVS V. SCAENA V.

Anapestici dimetri acatalecti.

Dyscos

Dyscolus, Clopicus, Lorarij duo.

TVba terribilis sonuit nunc. Heu
Miseros fures, miseram sortem.
O fata inamata, ô horrida mors.
Maledictum sit furtum, quod in hunc
Me duxit mœrorem. O socij
Comitesq; ualete. Valeto pater
Materq; ualete sorores. Heu
Rediturus nunquam nunc abeo.
Clo. Concedite clericuli & pueri,
Et adeste omnis iuuenum cœtus,
Concurrite ad hæc spectacula, & in his
Compescite lasciuos animi
Mores. Parete parentibus, ac
Senioribus, atq; magistris, ne
Et in hæc pariter fata cadatis,
Luxus, lusus quoq; & ebrietas,
Sed & impunita rebellio nos
Adigunt laqueis, adiguntq; cruci.
Curate caueatq; ne similis
Vos poena præoccupet incautos.
Lor. Satis est querulatum & concinnatum.
Ad cuncti potentem uertite uel
Nunc mentem, animas quò suscipiat.

Dys. Aliter quia non fieri poterit
Deus accipe quaeso animas nostras.
Clo. Sed quem uideo huc sic properantem.
Sinite adueniat, si forte mihi
Aliqua est speranda salus, sinite.
Lor. Sinimus, neq; enim cupimus uestra
Obstare saluti, si qua suat.

ACTVS V. SCAENA VI.

Trochaici trimetri catalectici.

Matres II. Aristippus, Iudex, Captiui II.

TAndem adest diu expetitus uir pius,
Per quem erit speranda iam nobis salus:
Te obsecramus adiuua. Arist. Silete uos.
Ne cruci Iudex prophane adducier
Coge, sub sceptris meis qui militant.
Iud. Quis es inque qui precari non modo
Abnuis, sed & imperare niteris?
Arist. Sum inquam Aristippus philosophiae artibus
Paruulos iuuenesq; uestros qui instruo.
Sunt mei hi discipuli, & abs te corrigi
Non decet philosophiae artibus deditos.

Sub mea ferula & flagris qui militant,
Haud cruce aut laqueo tuo plectendi erant.
Hac reos uirga receptos libero.
Priuilegijs scholæ ne deroga.
Iud. Si in tuis castris iuuencli militant,
Tolle eos ut corrigas. iuri meo.
Cessero. uerum cauento, denuo
Ne manus meas facinorosi incidant.
Arist. Heus adeste, sequimur, scholastico ut
More corrigamini. Confidite.

ACTVS V. SCAENA VII.

Dimetri acatalectici.

Lorcoballus, Marlocappus.

PROB Marlocappe Marlocap.
PROB superum & inferum fidem
Perij, ego me discerpsero.
Operam meam omnem perdidit
Si praestitisses te usfrum,
Istæ feræ pulposulæ
Non excidissent casibus.
Mar. Quid implicas me innoxium?
Solutus nam Aristippus reus?

D S Coro

Contorque in istunc unguis,
Qui contra phas hos abstulit.
Lor. In te nephande primitus
Ulciscar omnem iniuriam.
Propter tuam nam ignauiam,
Orci manent nos uincula,
Et uerbera, & picis igneæ
Commista sulfure pocula.
Experiar in te hanc fuscinam,
Demens, rudis, brutissime, has
Te propter ærumnas fero.
Mar. Heu heu miser dæmon, quod haud
Commiseram infœlix luo.
Lor. Fugiamus hinc, tuba intonat,
Frendens citat nos Lucifer.

ACTVS V. SCAENA VIII.

Iambici trimetri catalectici.

Captiui duo. Matres II. Aristippus.

O Iuppiter supreme seruas tin' nos?
In somnio hæc audimus, an re uera?
Num liberi sumus, an adhuc morimur?

Ex ipsius lethi uidemur faucē
Erepti, & aura uescier uitali.
Cuiusputas age gratias redempti?
Mat. O gnati, Aristippus magister uester
Fuit unicum uobis refugium, & hic uos
Auctoritate præditus seruauit.
Acceptum huic soli feratis oportet
Vestram salutem, spiritus dum hos artus
Vegetarit. Capt. Eugc, ô doctor, ô præceptor,
O cuius optima consilia procaces
Præsumpsimus ridere & aspernari,
Nunc poenitentes suscipe, & condona
Quæ in te prius commisimus delicta.
Cerne poplites flexos, manus complosas.
Lapsam probrosum corrige & castiga,
Recipe faciles, quos passus es rebelles.
Ar. Remitto quod commissum erat delictum
In me, remitto iniurias, probrumq;
Capitale uirgis expiari debet.
Sequimur. Capt. ætutum sequimur uterq;
Plus dediti ad plagas, quam ad impietatem
Vnquam fuimus in hunc diem proclines.
Valete matres mox domi uidendæ.
Mat. Valete filij, domum aduolamus,
Vos cum dida scalo optime excepturæ.

Actus

ACTVS V. SCAENA IX.
Trimetri catalectici ut superiores.

Philotecnium, Cacolalia.

Nunc ô Cacolalia dat mihi intellectum
Vexatio, nunc displicet tam laxa
Gnati educatio, sero sapimus omnes.
Dij boni uestram fidem, quis unquam
Adesse rebus adeo desperatis
Spem crederet? Cac. Philotecnium quod honesti
Boni uiri consilia spreuimus, non
Potuit fore impunitum. At intus
Dicam, quam gratiam beneficio referemus
Rerum omnium iusto gubernatori.
Deo agamus ante gratias. Ploremus
Ea quæ hactenus commisimus. Ph. bene suades
Templum petamus primulum, quo agamus
Hac commode, dein liberos uisuræ
Quos orci ab ipsis faucibus præreptos
Recepimus. Cac. rectè mones, camus
Cœnamq; post didascalò, uicinis,
Amiculisq; proximis paremus.

Grex per Epilogum.

Trimeo

Trimetri acatalectici.

PVdica uobis acta spectatoribus
Hæc fabula est, qua non modo spectantium
Mens casta nullis impudicis gestibus
Infecta sordeat, sed & paradigmate
Lepido crudita proficiat. Matres proin
Cauete, ne uestram per indulgentiam,
Vestri insolescant liberi ob licentiam.
Caveat puer quoq; ne insolenter obstrepat
Didascalis, sed institutis integris
Et moribus probis det operam sedulo.
Ne ignauia ac luxu in necis laqueum irruat:
Vnde eripier in sempiternum haud possiet.
Si uultis & si placuimus, iam plaudite.

FINIS REBELLIVM.

ALTERA FABVLA QVAE

ALVTA INSCRIBITVR,

codem autore Macropedio

admodum iucunda

& lepida.

AD LECTOREM.



*I hæc uideatur plerisq; in locis hiulca
aut minus elaborata, non mireris can-
dide lector, quod in diebus quatuor ur-
gente tempestate prorsus (ita ut est)
absoluta sit, nihilo tamen minus executo munere scho-
lastico. Volebam quidem dudum eius nonnulla in me-
liorem quandam formam redigere, uerum ut uidi
minoris negocij esse noua cudere, quam uetera res-
parare, paucis sparsim interiectis cessi labori-
bus. Cæterum quicquid id est quod editur, pueris
editur.*

ARGV

ARGUMENTVM

IN ALVTAM.



*Eimonis uxor Aluta uendit in foro
Altilia, scurræ credidita pecunia.
Sed pignori gallum reseruans, pro
ximum*

*Ingressa in œnopolium edit & bibit.
Cum tandem inebriata soluendo haud foret,
Frustra morata debitam pecuniam,
Regredi domum priuata gallo nititur.
At pressa somno emptore ab ipso uestibus
Spoliatur, ac laruata reti luditur.
Tandem excitata ut domum redijt insaniens,
Per sacrificum causa agnita restituitur.*

DRAMATIS PERSONAE.

<i>Prologus cum moro.</i>	<i>Dromellus seruus.</i>
<i>Aluta uxor.</i>	<i>Mistotus sacrificus.</i>
<i>Heino maritus.</i>	<i>Grex seu epilogus.</i>
<i>Spermologus parasitus.</i>	<i>Chorus Mimallonum.</i>
<i>Harpax scurra.</i>	<i>Bacchus persona muta.</i>
<i>Tolmesia caupona.</i>	<i>Tribules persone mutæ</i>
<i>Ancilla cauponæ.</i>	
<i>Pædium puer.</i>	

PRO

PROLOGVS IN

ALVTAM CVM MO.

ro. Carmen Vbiq; Iambicum tri
metrum acatalectum est, præ
terquam in Choro, ubi
dimetrum est.

Mulierculam prodire quam uidebitis,
Mittit maritus in forum uenundare
Altilia, pullos, anseres, anates quoq;
Et id genus uolucrum ex cohorte plura,
Duobus implanata quæ nebulonibus,
Suauibusq; inebriata poculis.
Mox quemadmodum bacchabitur, spoliabitur,
Curabiturq; (si libet) spectabit is.
Nec plura de argumento ob artem comicam
Me proloqui scriptor iubebat fabula.
Nisi quod sit eius Aluta nomen fabula.
Paucis tamen uos ego monendos censui.
Audite & animaduortite ergo, quæ impero
Seruanda, si secus fuant qui fecerint,
Faxo sciant quàm edictiones histricas
Temerarij contempserint. Mor. cho. Pro silc.
Primum omnium ne indoctiores hic strepant.
Aut sibilis aut musitationibus.

Doctos

Doctos quod admonere ne utiquam est opus,
Suapte qui probitate ubiq; sibi imperant.
Ipsos tamen nec prætereundos arbitror:
Si quicquam inepte exhibitum, & inconcinniter
Prolatum erit, non in Poëtam ganniant,
(Quid dico? in authorem uolebam dicere,
Nam author Poëtæ nomen haud sibi arrogat)
Sed histrionibus tumultuantibus
Indulgeant, gratuita & æqui consulant,
Dico omnibus, sed maxime petulantibus,
Ineptulis, & parvulis, ne lusibus
Puerilibus cachinnulisq; tinnulis
Nos distrahant, ne uapulent. Mor. ché. Pro. tace.
Mor. Iam ne semel quidem loquar, iam ne sileo?
Pro. Sed & uolo, ne quis (quod ante oportuit
Factum) aut ab aluo crepitet, aut sædum halitum
Spiret, ne odore graui theatrum puteat.
Penè excidit (quod dictum oportuit & prius)
Quamuis ut in triclinio discumbitis.
Variaq; nident fercla bacchanalium,
Non tamen in os uobis uolabunt phasides,
Non anseres, non turtures, non turduli,
Nec delicate artocree aut placentule,
Quòd histriones nil duant nisi fabulas:
Proinde quod quisq; apparuit edat domi,

E

Nisi

Nisi sit satur scena soluta fabulis.

Heus tu puer qui commodissimū in locum
Theatri occupas, tibi dico, & omnibus, ne iners
Socorsue torpeas, sed ore, naribus,
Oculis, & auribus, manibus & calcibus
Attendito, auscultato, & aduertito animum,
Ne quando stertentem choragus te audiat,
Discasq; uerberere, uerbulo quod negligis.
Aduertite itaq; singuli, sedete cum
Silentio: caueata Aluta (ut dixeram)
Suis onusta altilibus actutum exiet.
Videte ne clamore uestro, aut ipsa aueis
Territa reportet, aut aues timidae auolens
Vanusq; fiat hic apparatus scenicus,
Et tota uestra intentio frustrata sit.

ACTVS I. ALVTAE

SCAENA I.

Aluta sola.

ME castor improbum est genus hoc hominum:
diem
Totum hic sedebo, & nemo erit qui porrigat
Vel crustulum panis uel haustum aquae, ego quidem
Sto,

Sto, reslito, sedeo, resideo, nemo omnium
Inuitat aut salutat, at quasi stupidum
Me truncum habent, & si alloquor, muti silent.
Multo secus Beata, Greta, Bertula,
Et Metta conuicaneæ me tractitant.
Verum improbum id genus, quod urbes incolit.
Nam rapere duntaxat studet, nihil dare.
Quòd si auferes pullosq; gallinaceos
(Quis maxime inhiant uoluptuarij)
Mibi fraude suppilare possent, illico
Festum hunc diem sibi ducerent, meq; miseram
Ludibrio habitam pellerent. Verum mihi
Meisq; cauero. Caueam obturabo, ne
Cuiuspiam introreat huc manus rapax.
Videone ut unus & alter huc spectet? scio
Iam quisq; tractat, si queat pro re mihi
Dare uerba. Verum Aluta (ut inquam) cauere
Heimonis uxor, ne dolo implanarier,
Cuiuspiam'ue astu queat spoliarier.
Accedite, appropere, & emite, quilibet
(Præsente sed pecunia) altilia mea.
Sola est opus pecunia, bibendum erit,
Edendum erit quantocyus. sol cardini
Iam proximust, & uenter ut famelicus
Canis esurit. E hodie huc uoluptuarij,

Adeste, nam paruo admodum uemundabo.

ACTVS I. SCAENA II.

Spermologus, Harpax.

ITa sancta amet me Saturitas, hac muliere
Amentio rem (quod sciam) usquam gentium
Non uidi in hunc diem usq;. Si nece sitas
Me adigeret, omnia eius altilia queam
Dicto facilius tollere. Harpax obuius
Cuius quidem uentrem tam inanem ac flaccidum
Modo suspicor, quam pera pastoralis est
Sub uesterem. Harpax ut tuæ fortunule
Se habent? Quid ouis, cassa retis est? nihil
Piscatum in hunc diem? Har. nihil, pereo fame
Miserrimus nigerrima. nunc tertius
Agitur dies, quo præter holera putrida
E compitis collecta nil gustauerim.
Quid multa? uenter meus hic tam flaccidus,
Quam inanis hæc retis, cruci me destimat.
Sper. In portu adest salus tibi, confidito.
Har. Non fido, quando ab occidente & miseria
Ventus mihi flet iugiter. Vale. Spermo. heus. Har.
quid est.

Sper.

Sper. Si potis es Harpax callidus depromere,
Id quod bibamus, saxo ego, ut uenter tuus
Tam flaccidus sesquipede iam extet turgidus.
Har. Vah, perijt ars parasitica. unde possies
Sic ampliter consulere nostris uentribus,
Tam inanibus? Sper. scies cum aluiculum hunc
tuum

Vt tympanum extensum cibo palpaueris.

Har. An uera Spermologe refers? Sper. uerissima.

Har. Id sancta faxit saturitas, sed quo ordine?

Sperm. Vides ne stolidam foeminam illam, & quid
ferat?

Har. Quid ni? cohortales aueis, quàm plurimi
Vt ueneant, obtrudit ultro singulis.

Sper. Illam ego ut auem delusero, mercem auferam.

Har. Quo pacto id obsecro? Sper. & suum & no-
men uiri

Modo prodidit. Harm. tibi cognitam finges. Sper.
sapis,

Et proximam. Sed adior mulicirculam,

Ne me ante uortat quispiam ex nugigerulis

Circumforaneis, perinde qui atq; nos

Huiusmodi aucupio student. Har. nil certius:

I præ, licere blanditer. Sper. quin actum agis,

Sed audin? Har. hem, Sper. ad sis tempori. Har. meo

MOYEM MOHES.

*Vbi erit oportunum assequar, uade ocyus.
Ne transferat merces, quia loco se mouct.*

ACTVS I. SCENA III.

Aluta, Spermologus, Harpax.

Q*uid monstri hoc est? phœbi umbra fit breuiss
sima,*

Gallus meus medium diei nunciat,

Nec quisquàm adhuc licitatus est, aut præbuit

Argentum. In eminentiorem illum locum

Concessero, ibi resedero, & quosq; obuios

Excepero. Ecce, commodum, huc quidam aduolat

Contorto in humerum læuum amictus pallio.

Quid cesso compellare? Adesdum, adesdum, ohe.

Et sequitur alter, ocyus nenundabo.

Heus quisquis es bone uir, licere, eme, optima

Ac pingua altilia mea, anates, anseres,

Pullosq; pinguiustulos, gallum quoq;

Pulcherrimum, paruo admodum, ecquid restitas?

Sper. Quid restitem? id etiam rogas? Num tu uxor es

Hemonis, inclyta, nobilis, formosaq;?

Alu. Ea ipsa sum, sed unde me nosti ô bone?

Sper. Mea Aluta, mea cognata non te nouerim?

Quicum

Qui cum à tenellis unguibus iocariet.
Consueuerim? An tibi excidit Petronij
Tam dulce cognati tui nomen? Alu. Tum' es?
Tum' ipse ades? ô mi Petroni, ô mi nepos.
Quo lapsa tempora? Non quidem agnouissem in hoc
Te atro cucullo, nisi te ipsum proderes.

Har. Hic herclè homo uersutus est facillimè
Album esse nigrum huic (reor) persuaserit.
Porro indicat nutu ex foro secedere.

Alu. Stupro admodum cognate mi. sed quaeso. dic
Num causa emendi me adieris. Sper. Pol neutiquam,
Verum ut salutem te aduolo. Nihilominus
Si de emptione res agitur, est qui petat

Alu. Quisnam ipse est? Sper. consors meus, ob
ambulat

Hic uspiam. ubi modo uagatur ipse homo?

Alu. Post angulum illum forsitan se transtulit.

Sper. Ita suspicor, uim quæritem? Alu. quid nisi ob
secro

Actutum abi, si fors queat reducier.

Sper. Lubens faceffo, in rem tuam statim hic ero.

Cauc alteris nobis emenda distrahas.

Alu. Nequaquam agam, uobis enim seruaero.

Bene ambula ac redambula. Ille abiuit, &

Me principem facturum est, si redierit.

*Sper. Tam nostra præda, nostra quam lux solis est.
Sed ante conuenire oportet Harpaga.*

ACTVS I. SCAENA IIII.

Aluta sola.

Vestram dii fidem, quis unquam id auguret?
Semel omnia accidunt mihi ex sententia:
Cognatus antiquus, nouus amicus, fides
Reducta quæ exulauerat, si adduxerit
Quem abisse porro condolet, in eo enim
Mihî totius pendet salutis anchora,
Periero fame ni redeat emptor illico.
Sed eccum, utrunq; conspikor. sunt in uado
Modo spes meæ. At mora omnis est prolixior,
Nescio quid inter se loqui prudentiæ
Occiperint, nisi sit de emendis mercibus.

ACTVS I. SCAENA V.

Spermologus, Harpax.

TE mox oportune quidem subduxti. Har. eho
Omisso ades ne opsonio? Sper. tace modo, ac
Te

Te principem spera futurum si uelis.

Har. Hem, quin uelim? quid uult agi? Sper. te primo
cipem

Spermologus hic facturus est, si assenseris.

Har. Assentior, quid postea? Sper. te nobilem hoc

Die. Har. licet. Sper. regem. Har. licet. Sper.

Croesum dabo.

Har. Apage, uel oletum facito me, modo commodes.

Sper. Ego faxo in ipsas Croesi opes mox irruas.

Har. At Croeso misso, nunc uel harpaga satura.

Quid factopust? Sper. parum admodum, tute
emeris

Altilia. Har. tute te magis suspenderis.

Cui nec obolus est quidem quo restim emam.

Ego emero? in crucem tu abi malam, ego emero?

Sper. Hem hem sile, tu emes, ego fidem iussero.

Intelligenti pauca, caue ne exaudiat.

Tua dicta fac uerbis meis respondeant.

ACTVS I. SCAENA VI.

Spermologus, Aluta, Harpax.

VT hic fidem experta in alijs utere
Mea Aluta. Alu, mi cognate hic est quem

E S dixit

dixerat?

Sper. Pol' ipse, en hominem, omnia isthæc qui auferes

Alu. Salua pecunia. Sper. quid isthuc? maxime.

Alu. Non queo Petroni dignum ut est rependere.

Har. Quanti hæc familia? Alu. quindecim sescertijs,
minutulum est. Har. hui, nimium id est, decem dabo.

Alu. Haud quaquam erit, nam pinguiuscula est. Har.
sat est.

Nam paruuli pulli admodum ac tenerrimi.

Alu. Hoc delicatiora erunt obsonia. Sper. hem

Ago proxenetam, affem adhibe. Har. cho, addo.

Alu. non satis.

Sper. Sat Aluta. Alu. non. Sper. addes teruncium &
auferes.

Har. Nimium est Petroni. Alu. etsi minus, habeat
sibi.

Tuum auferat cognate mi per gratiam.

Hem, nummulos primum. Har. dabuntur primum
lum.

Papæ. Sper. heus, ut est? Har. malè quia zonam
perdidi.

Sper. Nugæ, domi liquisti. Har. id Hercle suspicor.

Sper. Certo scio. Har. sic? salua res, tu soluito,

Reddam domi. Sper. fidem iubebo, tollito.

Alu. Malim adferat, tantisper hic morabimur,

Dum

Dum redeat. Har. ah, non plus meruit huius fides?
Sper. Gallum relinque pignori. Har. do pignori,
hem,

Habeat, moretur paululum. Sper. ocyus redi.

Har. Ocyssime, sed heus tu, ubi te offenderos?

Alu. Ast aureum Leonis inter signium:

Illic edendum, illic bibendum erit prius

Quam abeam. Har. hem. Sper. sapis profecto, cura
raſtis cutem.

Alu. Verum age nepos illum reducito citius.

Sper. Quin tu taces? uterq; iam te intro sequimur,

Bellos homunculos ibi acturi. Vale.

Alu. Vale Petroni. Hic admodum propensus est

Mihi, ni amicus esset, haud se impenderet.

At pignori accepisse gallum certius,

Multoq; certius. Nam in urbibus dolus

Quamplurimus. Gradior in oenopolium,

Vbi uentrem in hoc uico prius purgauerim.

Sper. Edat, bibat, & inebrietur stolidus, ego hinc

In ganeum procedam, ut alloquar Harpaga:

Fors queat adhuc toga inebriatæ tollier.

Chorus ex Bacchidibus,

ſeu mimallonibus.

Iacche Bacche ohe ohe,
O Bacche Iacche ohe ohe
Ornate Bacchanalibus
Bacchum corona bacchides
Iacche Bacche ohe ohe,
O Bacche Iacche ohe ohe.
Risu iocis & potibus
Baccho parantur orgia.
Iacche Bacche ohe ohe
O Bacche Iacche ohe ohe
Bacchi furore corripit
Coetus oportet mœnadum.
Iacche Bacche. O bacch.
Io Bromi liber pater
Io Priape, Iacche io.
Iacche Bacche, &c.

*Alius Chorus extra Bacchanalia
ex matronis Bunsoticis.*

FEx generis humani est genus
Parasiticum, lurconicum,
Scurrarium, & id genus omnium
Qui in ocio uentri student.

Hi callidos facetijs,
Hi simplices astutia,
Hi singulos fraude ac dolo,
Pro uenere passim irretiunt.

Hos nisi magistratus uelut
Fures latronesq; aut lupos
Ac tigridas e Republica
Raserit, eam corruperit.

ACTVS II. SCAENA I.

Aluta, Tolmesia caupona, ancilla.

PRudentius est nostratum prouerbio
Ventrem prius purgare, quam aliud ingerat.
Iam re absoluta pulsitandum est ostium.
Quis has foreis recludet? ecquis aperiet?
Pultabo ualidius, quis inquam aperiet
Ambas foreis? exaudit hęc nemo omnium?
Tol. Heus ohe, ut importuna, quis uult ingredi?
Alu. Cum gallo ego ipsa Aluta gallinaceo.
Recluide dum, quod edatur ac bibatur, huc
Mox adferatur splendide. Tol. est pecunia?
Alu. mox aderit, heus. Tol. hem. Alu. quæq; dulcia
sunt. Tol. licet,

Modo

Modo splendat pecunia. Alu. ab pecunia?
Limus, pecunia, uina dulcia, blandula,
Masticaq; prome, audin? Tol. uel insanit, uel est
Ebria mulier. Anc. ut ut est, uidebitur illico.
Alu. Iam numerat argentum mihi, mox tinniet.
Ut imperatrici inclytæ mox offeret.
Age Aluta lætum ducito hunc diem, ades ehodum,
Ehodum puella, quin ministras fercula?
Quin Bromius asilit? Anc. hem, en prior tibi cõgius
Infunde, bibe, dein soluito. Alu. curabitur.
Anc. Nisi tute cures, gallus hęc seruabitur.

ACTVS II. SCAENA II.

Spermologus, Harpax.

Delusimus probe mulierem per Iouem.
Ignoro tamen ubi nebulo sese abstruserit,
Cui se popinæ fornicinæ immerferit.
Nam ganeum lustrauit & unum & alterum,
Nec paret usquàm gentium. Hoc equidem scio,
Vbi ubi sit, larido esse pestem maximam.
Sed adest homo quem quærito, paulo alacrior,
Portas pecuniam? Har. Ha ha he, nil residuum est?
Sper. Toga admodum bona, pulla duplex, ciuica.

Har.

Har. Nostra est, modo ebria sit, latebo clanculum.
Alio alloquar in itinere scemate. Sper. hem, uide
Quid possies, crepit ostium, cedamus hinc.

ACTVS II. SCAENA III.

Aluta, Tolmesia, Ancilla.

Quidum moratur perfidus, qui sese ait
Quantocyus rediturum, & argentum mihi
Daturum? Tol. Ain' uero pecuniam tibi
Morarier? Al. sic dico. Tol. quibus ex mercibus?
Alu. Altilia quispian emit, illi credidi
(Quia perdidit zonam) pecuniam. Tol. obsecro
Quantam? Alu. undecim sestercios. Tol. nouisti
eum?

Alu. Non adepol, sed cum Petronius mihi
Cognatus, ut consortem & intus & in cante
Nouit. Tol. quis hic cognatus est tuus? quis hic
Petronius? Alu. qui se nepotem dixerat,
Qui adduxerat hominem, fidem qui iusserat.
Tol. Impostor ille fuit, nec est in urbe (quod
Sciam) uir istoc nomine. Alu. heu me miseram,
ut ut

Mihi callidi imposuere, subdoli, & uasfri.

Verum

Verum hic relictus? pignori gallus. putas
 Reliquerint mihi tam animosum ἀλέκτορα?
 Non id putes, mox aderit hic pecunia.
 Mox aderit & Petronius. Tol. mox mox, nisi
 Mox, solueris (quia usq; mox) gallus meus?
 Nam aliquid uolo potius rapere, quam nil dari.
 Alu. Sic impie tolles ne delicias meas?
 Quantum est quod edi, quod bibi? teruncio
 Solui potest, Heimonis uxor sum dabit
 Lubens, forum si quando rheda accesserit:
 Tam ignota Aluta? ignotus Heino? Tol. nescio
 Quis Heimo sit, treis congios
 Tu ternio potasti optimi uini, pro eis
 Aut es repones, aut ἀλέκτορα uendico.
 Alu. O peruigil custos domus, siccine migras
 Cortem in alienam? Ibo & querar uiro meo.
 Anc. Non longe abibis, quin Bromius te sopiet.
 Hem, exi, pauimentum domus ne conuomas
 Foedes ue multo turpius, cloacam adi.
 Alu. Exonerem ut aluum denuo huc secessero.

Chorus mœnadum.

Iacche Bacche ohe ohe.
 O Bacche Iacche, & cæ.

Alius

Alius Chorus matronarum.

Honestā cauponaria
Censetur inter diuites,
At mihi uidetur improba,
Quæstusq; sordidissimus.
 Quid foedius quàm promere,
Quo inebrient se reprobi,
Reddantq; mentis impotes,
Immo ex hominibus bestias?
 Hoc caupo auarus expetit,
Ut maxime uino oppleant
Se, tum uiri tum foeminae,
Et uomitum adusq; ingurgitent.

ACTVS III. SCAENA I.

Harpax, Spermologus.

Eviculo uides labantem bacchidem,
Viam per omnem eructuantem crebriter
Ingurgitatam crapulam? Sper. uideo, tuum est.
Har. Quidnam? Sper. rogas? an non spondisti
 modo
Sacroq; foedere deicraisti, lancibus
 Meis tua adfutura abunde pocula?

F Har.

Har. Iuravi, & ultro tibi probè perfecero.
 Sper. Quonam modo? Har. scin' quid prius sugges-
 seris
 De duplici toga? Sper. hem. immò perge dicere.
 Har. Iam cessitat, dormiturit, mox uspiam
 Sub arboris sopita fronde concidet,
 Aut propter aggerem, uel in salebram, ibi
 Industriam meæ artis exercuero. Sper. abi,
 Sequar breui. Har. audim'? Sper. quid? Har. sequere
 quàm mox. Sper. modo.
 Har. Quàm plena curarum est & anxia uita, quæ
 Hoc retiacle comparat uictum sibi.
 Rete, dolus, impostura, furta, sunt meæ
 Artis peritia, inde crux, hem. Eccam ebriam
 Hanc uomicam, ut obliquis uiam metitur hanc
 Gressibus, & usq; conuomit, sequar eminus.

ACTVS III. SCAENA II.
 Aluta, Harpax, Spermologus.

O Galle galle, ut es subductus, &
 Reliqua familia tota. Dij uestram fidem,
 Petronius, Petronius, dolus, dolus.
 Ut cuncta uoluuntur sinistro ex ordine:
 Cœlestia & terrestria occidunt, pcedes

Nutant

Nutant, caput dolet admodum, caput, caput.

O Heino serua uxorculam tuam obsecro, &.

Har. Modo est adire commodum, quia labitur.

Mercurius adsit. Ecquid est conuinx mea?

Quid ægra ades? quid sordida es mea Alutula?

Alu. O Heino serua Alutulam tuam, labo.

Har. Ego (ne time) te sustinebo Alutula.

Alu. Non sum (puto) illa quæ olim eram tua Alutula.

Hic dormienti accumbe. Har. Ego accubero tibi,

Et mollius posuero. Alu. operi uultus meos,

Vertuntur omnia, terra, cœlum. Har. operirier

Vittamne uis? Alu. uolo. nam ea optima est. Harp.

togam

Ne conuomas: num detrahi cupis? Al. uolo, &.

Har. Sic sic, ita omnia simul impura euome.

Sper. Per herculem scelestiorem neminem

Vidi hoc homine, togam tenet, uestes quoq;

Præcidit usq; ad femora. Quis me herclè uel

Nequissimus tam fœda, tam insolentia

Tentauerit? Nunc absolutis technicis

Versutijs, suffarcinatus omnibus

Redit alacer. Har. num egi probè negocium?

Sper. Ita sancta amet me Saturitas, scelestus es

Harpax, què id actum? ubi retis est? Har. dicam tibi.

Vbi uiculum hunc tutum subierimus. Sper. sapis.

F 2 Har.

Har. Ganem ad eam nunc & ollas carniū.
Hæc præda suppeditabit ampla pocula.

I Chorus Mimallonum.
Acche Bacche. Ornate Bac. ut sup.

Alius Chorus matronarum.

Fœda est quidem ebrietas uiro,
At mulieri foedissima:
Natura enim hæc infirmior.
Quod hauserit foede egerit.
 Ut se sues spurcissimæ
Cœno lutoq; immergant:
Ita inebriatæ fœminæ
Vomitu atq; oleto se inquinant.
 Ad mulierum temulentiam est
Ita alligata impuritas,
Ut lingua, sensus, & manus
Nil tractent nisi turpia.

ACTVS IIII. SCAENA I.

Heino, Pædium.

Quid hoc esse suspicer, quod uxor nondum ad
est.

Sol

Sol uergit in decliue, & instat atra nox.

I. Pædium. Pæd. hem. Hei. atq; uise si usquam appa
reat

Matercula. Pæd. è foro cuneos latura? Hei. ita.

Pæd. Eo pater, uerum timeo ne mordeat

Me lamia. Hei. nequaquam. nam adhuc clarus dies.

Pæd. Si appareat nusquam pater, uis regrediar?

Hei. Regredere. caue ne longe abiueris. Pæ. licet.

Hei. Vade, interim nos tritico purgato, uti

Poposceras, pultem tibi parabimus.

Timeo herclè uero uiserit frustra puer,

In thermopolio si eam quis duxerit,

Certè actum erit de re domestica hoc die

Et crasino: cum ad uina sic propensa sit,

Vt non quiescat donec cum se ingurgitet.

ACTVS III. SCAENA II.

Aluta sola.

HEus ohe, ubi sum? quæ sum? quid intuo? un
diq;?

Quis demonum me fascino? atq; in hunc

Orbem nouum perduxit undiq; laqueatum, ut hæc

Mutata subito Proh supreme Iuppiter,

Nil terra, nil coelum est, nisi rete unicum.

F 3

Non

Non absq; causa mihi natare uidebar, &
Piscarier. Num ego Aluta sum Bunscofica,
Heimonis uxor Hannij? an aliena sum?
In conscientia ipsa sum, immò ipsissima,
Verum in habitu prorsus aliena sum. Nam ubi
Toga est? ubi riculum? ubi crumenula nigricans?
Præcisa uestis usq; ad anchas, scæda uix
Subucula has nates tegit, plane occidi.
Quò conferam me? cui loquar? ego neminem
Agnosco, cuncta uidentur ut labentia.
Nullusq; nouerit perij planè modo.
Heimonem adibo sciscitans num Aluta sit
Domi. Si ibi, profecto nulla sum, at si ibi
Non fuerit, aliqua spes mihi fors residua est.

ACTVS IIII. SCAENA IIII.

Pædium, Heino.

Heu heu pater. Hei. quid est puellæ? Pæd. ô mi
pater.

Hei. Quiesce, siste paululum, quid gnate fles?

Pæd. Heu mater. Hei. hem. Pæd. mater mea est. Hei.
quid mater est?

Pæd. Certe ita prorsus est pater. Hei. mater tuæ?

Pæd.

Pæ. Etiam pater. *Hei.* qui scis? *Pæ.* obibat clamitans,
Iactans manus, iactans caput, quasi lamia
Laruata faciem, insanit horrendum nimis.
Timeo admodum pater. *Hei.* file fili file,
Curabitur. Quid queso id esse dixeris?
Strigēsne terruere uel cacodæmones
Hunc paruulum? ibo foras, ut euentum rei
Videam. —

ACTVS III. SCAENA III.

Aluta, Heino, Dromulus.

TRibules obsecro uestram fidem,
Heimonis hoccine prædium est, & hæc domus?
Nisi mente tota capta sum, hæc ea ipsa sunt.
Quanquam omnia intuar alieno schemate.
Hei. Supreme Iuppiter quid hæc portenderint?
Alu. Heino Heino, ubi uxor Aluta? nunquid est do-
mi?
Hei. Dij boni te Aluta serua sint, ueni.
Alu. Haudquaquam, enim dic uero, an ipsa sit domi.
Hei. Tunc ipsa mea matrona, Aluta mea? ueni.
Alu. An ipsa sum? *Hei.* tu ipsissima. *Alu.* At non sum
in habitu.

Hei. Ingredere, nos uidebimus. Proh Iuppiter:
Quid auspicabor, quòue me uertam miser?
Quis hanc misellam ita fascinauit? perdidit?
Quis consulet nobis modo? I puer ad sacrum,
Et sacrificum nostrum aduoca celorrimè
Mystotum, ut exorcizet hanc miserrimam,
Ne forte quouis genio iniquo afflata sit.
Dro. licet. Hei. uola. Dro. licet. Hei. cito ueniat.
Dro. licet.

Hei. nos interim studebimus uti dormiat
Parumper, ac tantisper hoc sub schemate
Quo redijt huc sinemus, ille dum aduolet.
Neq; dubito cum cum sciuerit, mox adfore.
Ingressus itaq; habebo curam coniugis.

C H O R V S.

Iacche Bacche. Ornate, &c.

A L I V S.

Nil grauius est uiro bono,
Quàm habere stultam coniugem.
Cum illi foris & in ædibus
Sit usq; pestis maxima.

Hæc

Hæc derogat fama uiri,
Corrumpit omnem familiam,
Rem dissipat domesticam,
Præfert im ubi sapere se putat.

Duxisse præstat effæram,
Pigram, superbam, aut inuidam,
Quam stolidam & amentem, rei
Cui nulla cura domesticæ.

ACTVS V. SCAENA I.

Aluta, Heimo.

Dolus dolus, malus dolus, Petronius
Gallus meus. Hei. quiesce Aluta paululum,
Non est dolus. Alu. dolus dolus Petronius.
Hei. Quisnam Petronius? Alu. nepos, dolus,
Petronius, gallus meus. Hei. mirabile hoc
Infaniæ genus, memorat gallos, dolos,
Petronios, sed occipit quiescere.
Si dormiat, spes aliqua curæ erit, foras
Prodibo, dum ueniat sacrificus. eccum adest,
Indutus albo supparo, cinctus stola,
Se signat undiq; (nescio quid) murmurans.

ACTVS V. SCAENA II.

F

5

Sacrificus

Sacrificus, Heino, Aluta.

Quid hoc mali est Heino, quod uxori acci-
dit?

Hei, Mystote, tota spes mea est in te unico.

Sacrifi, Vbi, quo modo, & quando accidit? Hei. ma-
ne exijt

Mente integra ad forum, redit iam uesperu

Lymphata, rapta (nescio quo) demone.

Clamat, uomit, aliena loquitur, nullus est

Rationis usus, tu uide quid possies

Per uerba sacra & mystica, aut quid factopust?

Sac. Dabo operam, at ubi posuistis illam? ducite

Me intro. Hei. en miscellam, ut uultibus toruis iacet.

Mysl. Hui, quidnam hoc est quod rete caput obuolu-
uitur?

Hei. Comparuit ita, neq; temere tentauimus

Resoluere. Sac. auferatur, hoc non quodlibet

Fore rete, sed nebulonis auguror. Alu. dolus

Dolus. Hei. hem, occipit. Alu. Petronius. Sac. quis-
nam ipse est?

Alu. Tenebrico, gallus meus, sestertij.

Hei. Hec usque cantat. Sacrifi. singularis admodum
hec

Insania est, seorsum abite paululum.

Hei.

Hei. Paremus, haud enim decet mysterijs
Sacris adesse rusticos, stemus procul.

ACTVS V. SCAENA III.

Mystotus sacrificus Aluta.

IN nomine patris, atq; filij, sacri
Quoq; spiritus, cede maledicte diabole
Ab hac Dei famula, & da honorem illi DEO
Qui iudicare mortuos futurus est:
Viuosq; per flammam. Alu. heus Bromi, heus Iacche
ades?

Myst. Ego te Bromi exorcizo, Iacche adiuro te,
Per filium DEI, ut uel exeas, uel ut.

Alu. Phi Bromie phi, phi Bacche phi, quàm amaro
rus es.

Myst. Vin' dulcia? Alu. hem, sine quæq; dulcia, mas
sica,

Mox emptor soluerit. Myst. per herculem patremq;

Liberum, non admodum hæc umlier malo

Afflata numine est, ut audiit mysteria

Mox ultro prosiluit, nocens solo halitu,

Quem proruens post se reliquit, scetido.

ACTVS V. SCAENA III.

Hei.

Heino, Mystotus sacrificus.


Foras repente profilit sacrificulus.
Timeo, male est rei. Mist. timere desine.
Bona pars propulsa est numinis seuisissimi,
Quod arripit subin uiros fortissimos.
Hei Hau. Mist. Ceterum quiescat, edormiscat id
Quod residuum est in crastinum periculum
Nullum. ultro reliquum proruet. Vos deniq;
Qui adestis huic spectaculo, animadvertite.
Haud impio est afflata genio mulier hæc.
Arrepta baccho, bacchidum more hæctenus
Bacchata, tandem resipiet. Verum moras
Rescindite, haud enim modo, sed crastino
Die intus in penita æde sorbitiuncula
Curabitur. Quod accidit nebulonibus
Cras scibitis, nam uterq; deprehensus est,
Plectendus in furca. die sed crastino.
Nos Heino eamus intro, et ipso numine
Quo uxor tua est afflata in urbe, bacchico
Nostram cutem curemus, istoc præuio
Misso dolore, molliter. Hei. placet, ilicet.


Grex

Grege histrionum.

Spectastis omnes quam egimus comœdiam,
Verum ueremur omnibus haud conduxerit.
Qui non alacrior excolendis moribus
Probis, bonisq; literis euaserit,
Profecto is absq; fruge spectator fuit.
Cauete proin' ne crapula aut temulentia
Grauemini, haud enim ullus est prudentiæ,
Vbi regnat ebrietas, locus. Cauete dein
Ne fraudibus uacetis aut furto, ipsa enim
Laqueo iugulum adigunt. Valete. Plaudite.

FINIS ALVTAE.





A 1990550